

Neues Archiv

der

Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde

zur

Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften
deutscher Geschichten des Mittelalters.



Sechster Band.

Mit 2 Siegeltafeln.

Hannover.

Hahn'sche Buchhandlung.

1881.

Verse des 11. Jahrhunderts.

Von E. Dümmler.

1.

Bethmann entdeckte in der aus dem Kloster Fleury an der Loire stammenden Handschrift der Königin Christine 1414 in Rom, die dem 10. bis 11. Jahrhundert angehört, das nachfolgende Gedicht, welches ihm aus einer älteren Hs. abgeschrieben zu sein schien. Der Verfasser desselben, Tetgerius, welcher im Namen der Mönche von Fleury das Wort führt, ist uns im übrigen unbekannt, gerichtet aber sind die Verse an den Bischof Renco von Clermont-Ferrand, welcher von etwa 1028 bis 1052 als Vorsteher dieses Bisthums erwähnt wird (Gallia christiana II, 259—261). In der Urkunde, in welcher König Heinrich I. die durch ihn vollzogene Stiftung des Klosters Casa-Dei in der Auvergne bestätigte, ist von ihm als 'domno Rencone dilectissimo et familiarissimo nostro Arvernorum episcopo' die Rede (Bouquet, Recueil XI, 588).

- Diti pontifici Renconi vernula mitis,
Arte carens stabili, Tetgerius impos honoris,
Mente carens agili, solidi sat custos amoris,
Tempora deliciis domini ditanda beatis,
5 Corporis ac animi, placida si fronte nitescis.
Liber inoffensis calcas si conpeta callis,
Tutus ab insidiis celi virtute subactis,
Laetus ab hoste sapis, quae vult dare tela triumphis.
Inclitus haec peragis veteris spoliator homonis.
10 In novitate dei rutilis caput erigis armis,
Tu geminis in honore cluis, pater optime, sistris.
Utilis intellectus, ubi simul actio fortis.
Inde famem copiam sapis perpendere panis.
Intellectus, id est operatio laude fidelis,
15 Se pollere novo Ioseph gratulatur et orbis.
Continuam laudem iubilis hanc solve canoris,
Hanc tuu¹⁾ assiduis sustollit in aethera melis.

1) So! viell. tuus.

- Namque deo iungi, nitidis copularier actis,
 Servitus ipsa dei, regnis felicior amplis,
 20 Auratis quae pulchra dabit capitolia fulchris.
 Ut scriptura canit, pedibus graderis speciosis.
 Assertor fidei, pacis defensor haberis.
 In specula montis dispergis verba salutis.
 Pax Christus policis qui iunxit terrea turmis,
 25 Fecit utroque lapis simplum medius crucefixis
 Sic inimicitias solvi medicus cute carnis.
 Tartara contritis patuerunt abdita portis,
 Postque nigris splendor niveus fulgebit in antris.
 Extortis fruitur numeroso milite bacis,
 30 Ex quibus ad superos rediens sub lampade solis,
 Gaudia discipulis dedit et nova nuntia pravis,
 Protinus assati sumpturus edulia piscis;
 Inde favum mellis, sedit conviva fidelis;
 Additur et panis digitis benedictus honestis.
 35 Reliquias cunctas largitur ut aesca perhennis.
 Terque negator ibi terni professor amoris.
 Ternus amor salubris, quia trina negatio pestis.
 Hic Petrus innocui curam sortitur ovilis.
 Nobile clavigeri longis stat numen habenis,
 40 Et reserare bonis et claudere regna malignis.
 Aecclesiae petra sit septem subnixa columpnis;
 His stabilita modis telis non frangitur ullis.
 Dona suprema piis funduntur ad ima ministris,
 Quos sociant virtute pari primordia finis.
 45 Spiritus haec ubi vult inspirat sedibus almis.
 Talibus antiqui proceres viguere talentis,
 Quae bene commissis studuerunt spargere turbis.
 Nunc tibi ferventis maneat moderatio iuris,
 Imperitans vitiis dulci sermone securis.
 50 Te memorem memoris famuli precamine vatis,
 Tot iubelea tibi, quot pingitur aethra lucernis,
 Tot iubelea tibi, superis quot vivitur annis,
 Pape RENGONI, virtus cui corque leonis,
 Arte valens habili mestus grex Floriacensis.

2.

Die nachfolgenden Grabschriften hat Hr. Professor Steinmeyer in Erlangen aus der Pariser Hs. Nouv. acquis. 241 abgeschrieben und uns gütigst überlassen. Sie stehen dort von einer Hand des elften Jahrhunderts auf einem dem Rückdeckel aufgeklebten Blatte eingetragen und zwar ohne jeden Absatz in ununterbrochener Folge. Bis auf eine Ausnahme bilden je 2 Verse eine Zeile. Ueber die Hs. selbst, welche

die Gedichte des Prudentius mit ahd. Glossen enthält, sind zu vergleichen die Comptes rendus der Pariser Académie des inscriptions et belles lettres a. 1877, t. VI, 87.

Quid prosunt fascēs, quid opes, quid fama, quid artes?

Qualescumque¹⁾ sumus, morte coequat humus.

Prefuit Auguste pater hic Eberhardus²⁾ honeste,

Assecla iustitię, hostis avaritię.

Motus sorte pari pete cetibus annumerari,

Quos Abraham placido collocat in gremio.

Labilis hic mundus, homo quem petit³⁾, est quasi fundus;

Hunc ut quisque ferit, sic sua messis erit.

Fertile semen in hunc sparsit vigil accola Gerunc;

Qui vita⁴⁾ bonus carnis⁵⁾ omisit onus.

Vt deus ignoscat sibi, qui legat hęc, prece poscat,

Eius et ut flamen pace quiescat. amen.

Huius honor mundi previs⁶⁾ est, homo, fexque secundi.

Hinc nox inde dies, hinc labor inde quies.

Ergo diem nocti, requiem prepone labori,

Usque vacando malis, invigilando bonis.

Nunc cinis, ante comes ego Dietpaldus⁷⁾: precor ores,

Arguor unde reus, solvat ut inde⁸⁾ deus.

Hoc, homo, sit cure, quod in aere, gurgite, rure

Omnia nata ruunt, omnia pretereunt.

Mundo sublati vivant ibi, posce, beati,

Qua sine nocte dies, qua sine fine quies.

Vos, quibus ingestus labor est, via, pondus et estus,

Me e patriam sperate levamen et umbram.

Petrus es, ecclesiam super hanc ego construo petram.

Paule, meum gentes nomen portabis ad omnes.

Vox et preco vias verbo parat alter Elias.

Agni primicie⁹⁾ comitantur eum sine fine,

Frontes inscripti de nomine patris et agni.

Paradisiaci fontes, animalia celi,

Dant oculos cordi, virtutes quatuor orbi.

1) Qualescūq, na verblasst. 2) Eberhard, Bischof von Augsburg 1029—1047. 3) petit, et nicht sicher. 4) Qui uita, ui ui unsicher (ob levita? W.). 5) carnis, i durch Wurmloch zerstört. 6) preuis, ui zweifelhaft. 7) Kann der bairische Graf sein, von dem Giesebrecht, Kaisergesch. 34, 61 spricht, vgl. Ann. August. a. 1059 (SS. III, 127). 8) unde Hs. 9) primiticie Hs.

Gens ruit Assirię, patriam captare Tobię:
Pleps captivatur, cadit, urbe ruente fugatur.

Hoc crucis eximium, data quo victoria, signum.
Qui decus adiecit fieri pater Embrico¹⁾ fecit,
Quod veteri fracto sumptu renovavit adacto.
Hic quod et ornatus subtus nitet est operatus.
Ex virtute dei stetit hoc insigne trophei:
Nobis velle mori, sibi vivere, victor honori.

1) Embrico, Bischof von Augsburg, starb am 30. Juli 1077.